



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

5. An etiam in expensas condemnet Iudex? quae veniant nomine expensarum? an omnem, qui victus est, Iudex condemnet? an victus in omnes absolutè expensas condemnandus?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

2. *C. de fri.* 7. Si Judex omiserit condemnationem in fructus, an actio de fructibus integra est victori? Integra est, si quidem in rem actum fuerit, aut cum ageretur in personam nominatim petiti fuerint. *arg: L. si homo: 8. ff. C. de re jud.*

5. PORRO non semper in rem ipsam, sæpè in æstimationem, sæpè in id, quod interest, condemnat Judex. Quid enim, si res petita culpa rei perierit? quid si non possideat, nec justo pretio comparare possit? quid si in humanum sit rem ipsam prestare? In his utiq; & similibus casibus, in æstimationem fiet condemnatio. *L. 8. L. ex argento: 14. L. 14. §. bone ff. de cond. furt.* In ineunda autem æstimatione, si dies, conditio, vel locus obligationi adjecta sint: eius diei, conditionis, loci rationem haberi debet: sive bonæ fidei sit iudicium, sive stricti juris. *L. ult. ff. de cond. tritic: Sin minus in bonæ fidei iudiciis spectabit tempus rei judicatæ. L. 3. §. in hac ff. commod: sicut & in arbitrariis. L. sin autem. 27. §. 1. ff. de R. V. In strictis tempus litis contestatæ. cit: L. ff. de cond: tritic.*

Locus si expressus non fuerit, iudicii spectat.

spectatur. *L. vinum ff. de reb. cred.* Sed ne-  
 que formale pretium, neq; domini judi-  
 cium, neq; affectionem singularem spe-  
 ctabit, cum tanti res sit, quanti communi-  
 ter æstimatur. *L. quod bonis. 15. §. ult. ad L.  
 Falc.* Res itaque fungibiles tanti æstima-  
 bit, quanti in foro vendi potuerint. *L. de  
 lege 45. ad L. Falc.* Si usufructus, usus, ali-  
 menta annua, legata æstimanda sint, æsti-  
 mabit ea vel secundum Ulpiani, vel certa  
 Macri computationem, ita, ut à primâ æ-  
 tate usq; ad annum 30. computet fructum  
 annorum 30. Ab anno 30. tot annorum  
 fructum, quot supersunt ad annos 60. Ab  
 annis 60. cuiuscunq; ætatis sit, annorum  
 5. Quod si pensio perpetua sit æstimanda  
 eâ æstimabit sorte, quæ tantundem sin-  
 gulis annis parere poterat. *L. computatio  
 68. ff. ad L. Falc.*

In id, quod interest, condemnatio fit  
 in iis allegationib<sup>9</sup>, quæ in faciendo con-  
 sistunt, si factum non fuerit, quod fieri  
 debuit, vel contra factum fuerit, quam  
 debuerit. *L. si quis ab alio. 13. §. 1. de re iudic.*  
**INTERESSE** (tametsi Fulgoso teste  
*L. 2. ff. si certum pet. in iure non reperitur*

est æstimatio damni per adversarium illati, vel utilitatis amissæ, quæ quidem in re, vel circa rem fuerit: vel, ut Cuiac. placet, est utilitas iusta, quæ nobis abest, vel quam ex re ipsâ, quâ de agitur, haberemus, si damnum non dedisset, lucrumve adversarius non intercepisset. *L. Tut. 8. ff. de in lit. iur.*

ÆSTIMANDUM autem est id, quod interest, aliter in certis casibus, aliter in incertis. In certis, id est, in quibus certa pecunia, certa res, certumve corpus petitur, æstimabit Judex ita, ne æstimatio excedat duplum pretium ipsius rei. In incertis, quibus res vel pecunia incerta petitur, æstimabit quântum in rei veritate interfit, & indubio minoris condemnabit. *L. un. C. de sent. que pro eo, quod int.* Tantum de re.

6. Quantum ad expensas sive sumptus litis & damna, verbis istis veniunt salaria Advocatorum, & Procuratorum, sportulæ Judicum, exceptorum, apparitorum: veniunt & viatica sumptusq; in iter facti à litigantibus: item sumptus facti ad producendum testes. Postremò damna, quæ artifices patiuntur, dum peregrè operas edere non possunt. *L. 4. & ult. C. de fruct. & lit.*